

445 *Processio pontificis et Caesaris per urbem.*

Caesar vero cum corona in capite, sceptro et pomo in manibus ad latus pontificis incedens nisi illius manu ducatur qui tunc pomum vel sceptrum tamen in sinistra relineret cum ad finem graduum pervenerit, traditis sceptro et pomo uni ex suis, praevenit ad equum pontificis et in honorem Salvatoris nostri Jesu Christi cuius vices pontifex in terris gerit, tenet stapham quoad pontifex equum ascenderit; et deinde accepto equi freno per aliquos passus ducit equum pontificis. Pontifex dum imperator haec utilitatis officio vult exhibere debet aliquantulum modeste recusare, et tandem cum aliquibus bonis verbis honorem non in personam suam sed illius cuius locum tenet recipiendo permittit Caesarem ulterius ire. Qui mox consensu equo suo accedit ad sinistrum latus pontificis et sub eodem baldachino equitat et hoc ordine procedunt. Primum procedent familiae cardinalium cum suis valisiis et simul mixtae familiae prelatorum, principum et omnium curialium tam Caesaris quam pontificis. Deinde duo cum valisiis pontificis. Inde familiares domestici imperatoris, et post eos familiares papae et nobiles barones et comites minores utriusque. Equus cum scala papae. Tum vexilla rubea quae duodecim cursores portant. Deinde vexillum populi romani, vexillum Imperii, vexillum papae, vexillum Ecclesiae, vexillum crucis cum vexilliferis armatis et ornatis ut in coronatione papae. Hos sequuntur duodecim equi albi phalerati sine sessoribus. Deinde quatuor nobiles portantes pilea ex cramisino quatuor papae cum baculis; quibus succedunt advocati et secretarii mixtim secundum prioritatem officii praecedentes cum suis caputiis circa collum, quos tamen praecedunt secretarii imperatoris. Tum sequuntur cubicularii etiam cum suis caputiis. Inde acoliti, clerici camerae apostolicae; et post eos statim adiutores cum suis rochetis et cappis. Deinde subdiaconi cum cruce populi cum galero indici coloris et cum aliis subdiaconis cum cappis aut alii. Tum duo portantes lanternas cum lumine ante sacramentum equitantes. Deinde equus albus phaleratus cum tintinnabulo portans sacramentum, et supra sacramentum baldachinum per cives romanos portatur et circa duodecim intorticia quae portantur per duodecim familiares papae sive per duodecim beneficiatos sancti Petri cum super pelliciis et melius ut vidi servari

445\* per dominum papam. Secundum post sacramentum

*Diarii di M. SANUTO. — Tom. LII.*

*imperator tenet stapham pontificis*

*imperator ducit equum pontificis*

*imperator equitat*

*equus albus plaretus cum sacramento Christi de-  
super*